

Nf. 59.5.

ACADEMIAE LUDOVICIANAE
RECTOR
LEGES ACADEMICAS
CALENDIS IVLIIS
RECITANDAS
INDICIT.


Praemittitur recensio duorum fragmentorum V. T. hebraicorum,
manu exaratorum, quae in bibliotheca academica Giessensi
seruantur.



G I E S S A E
EX OFFICINA BRAVNIANA
CIOCCOLAT.

СИАНДРИН САМОДА
СОВЕЛ
СОМОДА ЗНОП
БЛУЖДАНИЕ
СИАНДРИН

АКЦІЯ ВІДОХІДНИХ



Iam ante decem, & quod excurrit, annos, SEMLERVS, Vir
S. R. admonitionem, de obseruandis hebraicorum manu-
scriptorum membranis, quae tegendis aliis libris seruunt,
cum orbe eruditio communicauit, qua, more suo, hoc est ele-
ganter ac erudite, probauit, membranarum lacinias, tegendis
postea aliis libris adhibitas, non raro, quasi e naufragio bonas
merces, seruari posse, ut quae non solum latinorum patrum
aliorumque vetustorum scriptorum fragmenta, vitas sanctorum
& martyrum, latinorumque bibliorum partes, sed saepius etiam
pretiosissima Codicum hebraicorum manu exaratorum fragmenta
exhibeant. Inualuit enim iam saeculo decimo sexto, vt recte
monet vir doctissimus, infaustum illorum, qui libris inuoluendis
& tegendis operam dabant, institutum, vt membranaceos codices
qualescunque e bibliothecis multis, quae tum barbarica neglig-
gentia disiectae fuerunt atque dissipatae, misere lacerarent, &
furtim mercando iustis impensis parcerent. Fuit haec p[re]a[re] aliis
Codicum hebraicorum fors, ob imperitorum in Iudaicam gen-

tem odia atque contemptum, qui fabulis aut malis artibus eiusmodi libros manu scriptos plenos esse sibi facile persuaserant. Probavit haec eadem Commentatione uno tantum exemplo Vir S. R. Reduxit enim quasi ex sepulcro membranam aliquam Codicis V. T. hebraei manu exarati, duobus foliis constantem eamque tantae magnitudinis, ut *Schwenkfeldianorum operum* totum, maioris formae volumen spissum, bene texerit. Continebat illa partem libri Iobi, scilicet Cap. II, 2. vsque ad V, 20. & Cap. XVI, 2. vsque ad XIX, 10. cuius varietatem lectionis collectam ibidem maxima industria exhibuit Vir S. R.

Neque defuerunt, qui Viri Summi vestigiis infisterent, & eiusmodi fragmenta hebraica, vnde collecta, cum impresso textu conferrent, publicique iuris facerent. Fecit hoc SIXTIVS, Vir S. R. in *Commentatione*, cui titulus: *duorum fragmentorum Sacri Codicis hebraei* (scilicet Exod. XX - XXIII. & XXVIII. XXIX) *descriptio, praemissis nonnullis de theologo critico religioso*. Altorf. 1772. 4to. MICHAELIS V. Ill. in Biblioth. Oriental. Tom. II. Nr. 32. vbi fragmenta Ezech. XXI, 16. - XXII, 27. & Ez. XLVII, 4. - XLVIII, 18. & Tom. IV. Nr. 69. vbi Ies. XXI, 1. - XXX, 5. Ies. L, 5 - LI, II. Ierem. XXI, 6. - XXIII, 1. Cap. XLVIII, 37. - XLIX, 31. Ezech. XLII, 14. - XLIV, 5. Hos. III, 5. - VI, 4. Amos I. curatius cum textu impresso collata, deprehendens. PFEIFFER, V. Cl. in calce libelli, cui titulus: *Erklarung der sogenannten letzten Worte Davids*, Francf. und Leipz. 8vo. varietatem lectionis ex duabus membranis Iob. XV, 28. - XVIII, 21. & XXX, 5. - XXXI, 9. continentibus. KAPPIVS V. Cl. qui in Appendice ad *Bahrdtii* S. R. Apparatum criticum p. 238. seqq. duo fragmenta scil. Ezech. XVII. XVIII. & Ezech. VI - VIII, 7. WILL, V. Cl. qui Iob. XIII, 23. - XV, 32. singulari differt. inaug.

inaug. de fragmento Codicis hebraici Mspti Resp. Fr. Con. Chr. Iacobi, Altorf. 1772. & DIETERICH V. Cl. qui Hapitharam 1. Reg II, 1 - 12. Ies. XXVII, 6. - XXVIII, 13. & Ezech. XXVIII, 25. - XXIX, 21. in ill. MICHAELIS Bibliotheca Orientali Tom. VI. p. 244. seqq. ex eiusmodi fragmentis, quae librorum tegumentis olim inseruiebant, cum impresso textu collatam cum orbe eruditio communicauit.

Neque nostra bibliotheca Academica eiusmodi libris destituta est, quorum tegumenta membranacea partes ac lacinia Codicum hebraeorum manu exaratorum continent. Examinaui nonnulla eorum criticis oculis, licentia a Senatu Academico impetrata, & praeter spem atque expectationem adeo multas, maxime momenti variantes lectiones, in nonnullis eorum deprehendi, ut harum rerum peritis gratum me suscepturnum esse negotium sperarem, si notatu dignas fragmentorum horum disceptantias a textu impresso paullo accuratius indicarem.

Continet *primum* fragmentum textum Ierem. XXV, 5. a voce מִלְכָיו vsque ad Cap. XXVI, 11. vbi cum voce מִנְחָה definit. Erat olim tegumentum *Lexici Theologici*, a quodam *Altenstaigio* confecti, Colon. 1619. fol. minor. Conspicuntur in virga pagina tres columnae, ut in illo Codice hebraeo, qui Cassellis seruatur. Literae minores paulloque arctius politae, quam in dicto illo Codice. In superiore & inferiore paginæ parte appetat masora magna, intra marginem columnarum parua. Puncta vocalia ubique addita, sed atramento nonnihil pallidiore scripta sunt, quam Consonantes literae, quod & in aliis Codicibus hebraicis, bibliorum partem continentibus, obseruauit. Solebant enim librarii primo consonantes literas scribere, & finito demum Codice puncta vocalia addere —

Variantes lectiones, in hoc fragmendo occurrentes, sunt, quae
sequuntur :

Ierem. XXV.

comm. 6. In voce לְעַבְדָּךְ solummodo notandum, in membra-
na Komets Chatubb eadem figura pingi, ac Chatef Kamets,
Scilicet Idem v. 11. in לְחַרְבָּה obseruauit.

--- אֲתִי defective scriptum,

comm. 7.iod post Aiin posito. Idem Iod habent
1) Codex Berolinensis V. T. Mssptus, ex quo B. W.
D. SCHVLZE V. Cl. in der vollstaendigen Critic über die
gewoenlichen Ausgaben der Hebraischen Bibel (Berol.
1766. 80.) multas variantes lectiones notauit; 2) Codex
Regiomontanus, a LILIENTHALO V. S. R. in vsum operis
Kennicotiani collatus, (vid. Viri doctissimi Commentatio
critica, sistens duorum Codicum Mstorum biblia hebraica
continentium, qui Regiomonti Borussorum asseruantur, no-
titiam, Regiom. & Lips. 1770. quo. pag. 276. 3) Editio
Gersoniana, Constantinop. 1551. typis expressa --- Potest
scilicet praecedens particula לְמַעַן duplcem constructionem
ferre, vnam, eamque consuetam, cum praeterito, vti etiam
Ios. IV, 24. occurrit, quamque Cribb exprimit, punctan-
dum ut irritent me, alteram cum infinitiuo, quod
Kri vult, cum Vau superfluum esse (יְהִיר ו') pronunciat,
punc-

punctand. הַכְעִיטֵי ad irritandum me. Huic lectioni noster codex adstipulatur.

comm. 9. לֹא absque praefixo Vau. Etiam Codex Regionanus hoc Vau omittit, notante LILIENTHALO V. S. R. l. c. Lectio textui impresso forte preferenda.

-- נָבֻכֵּד נָצָר vt duo vocabula scribit noster, neque Nebucadrezar, vt textus impressus habet, sed Nebucadnezar, cum Chald. & Syro.

-- וְהַבְיאוֹתִים bis plene scriptum, quod parissime in Codicibus occurre noui.

comm. 12. כְּמַלְאֹת defectiue scriptum.

-- Post שָׁנָה Soph Pesuk positus.

-- הַחֲרָא plane omissum ab librario. Neque in margine adscriptae vocis vestigium appetat.

comm. 13. וְהַכְּפִיאוֹתִי plene scriptum.

comm. 15. וְהַשְׁקִיתִי omissum n irregulariter in textu impresso positum.

-- אֶתְנוֹ defectiue scriptum.

-- שְׁוֹלָחַ plene scriptum hoc commate, & sequenti,

-- אֶתְךָ defectiue positum,

comm. 18.

comm. 17. אלהֹת defestive.

comm. 18. habet Vau praefixum ante שְׁרֵי quod & Vulg.
Chald. Syrus, LXX. & Arabs ---- Codex Regiomontan.
teste LILIENTHALO V. S. R. p. 276. --- Edit. Bombergian.
anni 1525 --- Menasse ben Israëlis, 4to 1635. & textus he-
braeus in bibliis polyglottis Londinensibus habent. Sensus ex
hac lectione oritur facilior.

--- Iterum Vau ponit ante לְשָׁמָה cui tamen punctator con-
tradicit. Neque Chaldaeus cum Vulgato ex vetustissimis
interpretibus hanc particulam agnoscunt. Videtur textui
impresso praeferendum ob aliud Vau לְקַלְלָה praefixum.

--- legit כְּהִיּוֹת a prima manu; sed He illud demonstratum
lineola damnatoria iugulatum, praepositoque Patach a pun-
ctatore damnatum. Solent scilicet, vt haec obiter notem,
hebrei הַ articuli, simulac vna ex literis כָּלֵב praefigenda
est, eiicere. Neque tamen exempla in sacro codice, vt
nunc eum typis exscriptum habemus, desunt, vbi hoc He
remanst e. g. Gen. XXXI, 11. & Neh. IX, 10. vbi ipsum
nostrum כְּהִיּוֹת bis occurrit. Pf. XXXVI, 6. כְּהֶשְׁמִים כְּהִיּוֹת
2. Reg. VII, 12. בְּחִשְׁרוֹת Cribb. ibid. v. 15. כְּהִיּוֹת Cribb.
2. Paral. XXIX, 27. Neh. XII, 38. לְהִזְבָּחָה Veteres interpretes hoc He anomalam saepius adhuc inueni-
se sibi visi sunt e. g. LXX. Vulg. Ar. Aeth. Pf. XV, 5.
vertunt לְהַרְעָה proximo, ac si esset loco לְבָעָה Plura
eius-

eiusmodi exempla, ex veteribus collecta, alio loco exhibemus.

comm. 20. **כָּל** tertium plane omissum.

comm. 22. **כָּל** primum omissum. Etiam LXX, cum Arabe interprete h. l. hanc particulam negligunt.

cod. comm. habet noster **כָּל מְלֵכִי הַאֵל**. Consentit Punctator, qui etiam in suo codice illud **כָּל** legisse videtur; puncta enim vocalia voci subiecit. Etiam Codex Regiomontanus (vid. S. R. LILIENTHAL pag. 276.) cum Chaldaeo interprete hanc particulam legit.

comm. 25. Post **שְׁלֵמָה** aliud adhuc vocabulum additum, quod, nisi fallor, **מֶר** (Mem & Resch) legendum. Positum quidem in fine lineae, neque tamen custos vocis sequentis esse videtur, cum ab aliis literis illa incipiat. Nulla coniectura probabili obscurioris huius vocis significatum me assequi posse lubens fateor.

comm. 27. legit noster a prima manu **בִּנְוָתָם** loco **בִּגְיָס** impressi. Sed rasum Vau a recentiori manu, vt Iod sit, iugulatoque Thau Caph superimpositum. Durior lectio, confuctae vix aequiparanda.

comm. 28. **אֲלֹהָה** iterum defective, vt comm. 17.

B

comm. 29.

comm. 29. אַקְרָא legitur loco קָרָא sed Aleph prim. pers. a punctatore linea damnatoria adiectisque punctis vocalibus damnatum.

comm. 30. שָׁאֵם omitted, sed margini adscriptum.

-- -- כְּרוּכִים & נִיחֹו plene scripta.

comm. 32. ante כָּה in membrana יִ (Ki) positum Non male, forte ex interpretamento, additum, sed tamen a punctatore damnatum.

comm. 34. לְשָׁלָח & הַלְילָיו vtrumque defective scriptum.

ibid. וְהַגְּזָהָתָן sine Iod post Thau posterius & cum Schurek loco prioris Cholem edit, impress. scriptum. Adstipulatur ex parte huic lectioni Codex Regiomontanus, qui teste LILIENTHALO l. c. pag. 276. Kübbtz loco Schurek nostrae membranae ponit.

comm. 35. habet מְנוּמָה cum Mem final, loco מְנוּמָה

comm. 36. punctatum video יְלִילָה quod genio linguae magis consentaneum est.

-- -- שָׁוּרָך plene, sed Vau illud a punctatore damnatum. Post finem comm. 38. in nostra membrana additur חַצִ'י

Cap. XXXI.

comm. 3. חַזְבָּב & יְוָעָה plene scriptum, sed vtrumque a punctatore damnatum. comm. 5.

comm. 5. לשׁמְוֹעַ plene, consentiente punctatore. Idem de הַנְבִיאָת obseruandum, quod & in impressis editionibus comm. 7. plene scriptum est.

ibid. וְשַׁלֵּחַ & וְשַׁלְחָה bis plene, punctatore nunquam refragante.

comm. 6. הַזֹּאת in textu. In margine nullum Kri apparet. Idem in Codice Regiomontano obseruauit LILIENTHAL pag. 277.

ibid. אֲחֵן omission, sed margini adpositum, a manu valde antiqua, punctatoris forte.

comm. 9. נְכָאת appareret quidem circellus masorethicus Aleph im- positus, sed in margine nullum Masorethicae notae vestigium.

ibid. legitur כְּשִׁילָה loco כְּשֶׁלָּה impressi. Sed He duabus lineis damnatorii transfixum. Idem ex Codice Regiomon- tano notauit LILIENTHAL l. c. Neque Iod a punctatore reiectum.

ibid. בְּ positum a prima manu loco בְּ impressi. Veteres interpres omnes huic lectioni fragmenti nostri fauere vi- dentur. A recentiori Iudeo Aiin transfixum & Aleph impositum.


comm. 10. Nostra membrana legit שְׁעָרַ בֵּית יְהוָה Etiam pun- ctator, & ex vetustissimis Interpretibus Vulgat. Chald. Syr. Arabs huic lectioni adstipulantur. Forte etiam in Alexan-

drinorum versione olim fuit; saltim non video, vnde in
Arabicam irreplerit. Lectionem hanc textui recepto praef-
ferendam arbitror.

Habes, lector! farraginem variantium lectionum, in iisque
multas sat magni momenti. Adest adhuc aliud fragmentum,
quod bibliotheca nostra academica seruat, cuius curatiorem cri-
sin alio tempore tecum communicaturi sumus.

Restat enim, vt *Magnificum Academiae Procancellarium*,
Honoratissimos utriusque reipublicae Proceres, *Generos atque No-*
bilissimos Commilitones ea, qua par est, obseruantia rogemus, vt
orationi nostrae *palaeographiae hebraicae primas lineas exhiben-*
ti, atque legum academicarum recitationi frequentes
adesse, huncque actum solemnem honorifica
sua praeſentia condecorare velint.

P. P. d. post fest. Petri & Pauli CICIOCCCLXXV.



Jc 335

Vol 18



56.

Von

AL



Farbkarte #13

ACADEMIAE LUDOVICIANAE
RECTOR
LEGES ACADEMICAS
CALENDIS IVLIIS
RECITANDAS
INDICIT.

Praemittitur recensio duorum fragmentorum V. T. hebraicorum,
manu exaratorum, quae in bibliotheca academica Gieffensi
seruantur.



G I E S S A E
EX OFFICINA BRAVNIANA
C I C I O C C L X X V .